



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

278. De rapina & violentia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Corpus Domini sit tibi ad probationem hodie.

Multum diversus est hic canon à vulgaris editionibus Concilij Vvormaciensis. Istanam lectionem secutus est Burchardus, & eo Gratianus. Itaque postrema pars ita habet in canonibus Concilij. Et sic in ultima Missa celebratione, pro expurgatione sua corpus & sanguinem Domini nostri Jesu Christi percipient, quatenus ita inde innocentes se esse ostendant. Vide Missam Iudicij in Glossario Francisci Pithæi in verbo Aque ferventis aut frigidæ judicium.

De causa criminali. Ex eodem.

Concil. Vvor-
mac. c. 10.
Burchard. lib.
2. c. 199.

C C L X X V I I. Si Episcopo aut Presbytero causa criminalis, homicidium, adulterium, & maleficium reputatum fuerit, in singulis Missam tractare debet, & secretam publicè dicere, & communicare, & de singulis sibi reputatis innocentem se ostendere. Quod si non fecerit, quinquennio à liminibus Ecclesiæ extraneus habeatur.

De rapina & violentia. Ex Capitulari.

Capitula Ka-
roli Calvi Tit.
20. c. 3. 4. &
Tit. 29. c. 4.

C C L X X V I I I. Episcopi evangelicæ & apostolicæ necnon propheticæ auctoritatis sententias de rapina & vi & decreta canonica & apostolica breviter debent habere adnotata, & hæc omnibus publicè relegant. Missi quoque legationis legales sententias & predecessorum nostrorum & nostra de hac causa capitula omnibus nota faciant. Et Episcopi Dei & episcopali auctoritate deprædationes & rapinas omnibus interdicant. Et Missi & Co-

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 317
mites nostri cunctis ex nostro banno prohibe-
re firmiter studeant ut cognoscant omnes
quod si tale aliquid facere præsumperit, se-
cundum divinas sententias episcopalem exci-
piet sententiam, & secundum leges & capitula
la regia emendare cogatur, & secundum ju-
dicium fidelium nostrorum condignam vindi-
cam excipiet.

De eadem re. *Ex eodem.*

CCLXXXIX. Quod si, quod absit, ta- Ibid. c. 7.
lis emerserit qui Dei timorem postponat, &
ecclesiasticam auctoritatem contemnat, & re-
giam potestatem refugiat, sciat, quicunque
ille fuerit, quia & secundum canonicam au-
toritatem ab omnium Christianorum cœtu
& à sanctæ Ecclesiæ consortio in cœlo & in
terra alienus efficietur, & regali potestate at-
que omnium regni fidelium unanimitate, sicut
Dei inimicus, & regni devastator, perseque-
tur usque à regno exterminetur.

Vnde supra.

CCLXXX. Audiant rapaces quid Do- Ibid. c. 10.
minus per Esaiam dicit: *Rapina pauperis in do-*
mo vestra. Et per Apostolum: *Neque rapaces,*
neque homicidae, neque adulteri, regnum Dei
possidebunt. Unde intendant quale quantūm-
que peccatum est rapina, quam cum adulterio
& homicidio sanctus comparavit Apostolus.
Item ipse dicit: *Si quis fornicator, aut adulter,*
aut rapax, aut homicida est, cum hujusmodi nec
cibum sumere Christiano licet ante satisfactio-
nem. Et beatus Johannes Apostolus talem ho-